

2. Give the derivation of *venatrix*. What is the force of the termination, and what is the corresponding masculine termination?

3. When and where was Virgil born? What were his favourite studies?

4. Translate—

Diverso interea miscentur mœnia luctu ;
Et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisæ domus arboribusque oblecta recessit,
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Excitior somno, et summi fastigia tecti
Ascensu supero, atque arrectis auribus asto :

In segetem veluti quum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores,
Præcipitesque trahit silvas ; stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

5. Parse, with rules, *luctu, oblecta, excitior, austris, stupet, saxi*.

Ovid—*Fæsti, I. and II.*

1. Translate—

At postquam Fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit summos vertice Roma Deos,
Creverunt et opes, et opum furiosa cupido,
Et, quum possideant plurima, plura volunt.
Quaerere, ut absumant, absumta requirere certant ;

Atque ipsae vitii sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda,
Quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.
In pretio pretium nunc est: dat census honores,
Census amicitias: pauper ubique jacet.

2. Into how many months, according to Ovid, was the Roman year divided? Name the months, and explain the meanings of the names.

3. Parse fully the following words in the above passage:—*loci, vertice, possideant, vitii, vices, potae*.

4. Translate—

Proxima cognati dixere Caristia cari,
Et venit ad socias turba propinqua dapes.
Scilicet a tumulis, et qui periere, propinquis
Protinus ad vivos ora referre juvat ;
Postque tot amissos, quidquid de sanguine restat,

Adspicere, et generis dinumerare gradus.
Innocui veniant: procul hinc, procul impius esto
Frater, et in partus mater acerba suos ;
Cui pater est vivax, qui matris digerit annos,
Quae premit invisam socrus iniqua nurum.

5. Give the general rules for the length of syllables in Latin.

Cicero—*Orationes in Catilinam, I. and II.*

1. Translate—

Dixi ego idem in senatu, caedum te optimatum contulisse in ante diem quintum kalendas Novembres, tum cum multi principes civitatis Roma, non tam sui conservandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa, profugerunt. Num infitari potes, te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum, commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu, discessu caeterorum, nostra tamen, qui remansissemus, caede contentum te esse dicebas? Quid? cum tu te Praenonia kalendis ipsis Novembribus occupatum nocturno impetu esse confideres, sensistine illam coloniam meo jussu, praesidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam, planeque sentiam.

2. What day of the month does Cicero allude to in the first sentence of this passage?

3. Give the principal parts, state what kinds of verbs, show the government, and give rules, of *contulisse, conservandi, potuisse, remansissemus, esse* (after *impetu*).

4. Translate—

Q. Metellus, quem ego, prospiciens hoc, in agrum Gallicanum Picenumque praemisi, aut opprimit hominem, aut omnes ejus motus conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, jam ad senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo qui contra urbis salutem, omniumque nostrum, in urbe a Catilina relictis sunt, quamquam sunt hostes, tamen, quia nati sunt cives, monitos eos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectavit, ut id, quod latebat, erumperet.

5. Give a general definition of the accusative, genitive, dative, and ablative cases respectively.

Cæsar—*De Bello Gallico I. and II.*

1. Translate—

Horum vocibus ac timore paullatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque, quique equitatu praerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris et magnitudinem silvarum, quae inter eos atque Ariovistum intercederent, aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant. Nonnulli etiam Caesari renuntiabant, quum castra moveri ac signa ferri jussisset, non fore dicto audientes milites, nec propter timorem signa laturos.

2. Explain the moods of *existimari, intercederent, posset, jussisset*.

3. What tribes occupied Gaul in Cæsar's time? Describe shortly *Provincia Romana*.

4. Translate—

Quibus omnibus rebus permoti equites Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis, qui, auxilii causa ab civitate ad Caesarem missi, venerant, quum multitudine hostium castra nostra compleri, legiones premi et paene circumventas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent, desperatis nostris rebus, domum contenderunt: Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos, civitati renuntiaverunt.

5. Write out the Latin cardinals, ordinals, distributives, and adverbs of the numbers 1 to 10, inclusive.

Sallust—*Catiline*.

1. Translate—

His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proximum annum consulatum petebat, sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio usurum. Neque interea quietus erat, sed omnibus